

me audite: Quia lex a me erit: et iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus: egressus est saluator meus: et brachia mea populos iudicabunt. Ne insule expectabunt et brachium meum sustinebunt. Leuate in celum oculos vestros: et videte sub terra deorsum: quia celi sicut fumus liqueficient: et terra sicut vestimentum atereatur: et habitatores eius sicut hec iteribunt. Salus autem mea in sempiternum erit et iusticia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustitiam: populus meus lex mea in corde eorum. Nolite timere opprobrium hominum: et blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum sic comeder eos vermis: et sicut lanam sic deuorabit eos tinea. Salus autem mea in sempiternum erit: et iusticia mea in generationes generationum.

Confurge confurge induere fortitudinem brachium domini. Confurge sicut in diebus antiquis: in generationibus seculorum. Nunquid non tu percussisti superbum: vulnerasti draconem? Nunquid non tu siccasti mare: aquam abyssi reuertentis? Qui posuisti profundum maris viam: ut transirent liberati. Et nunc qui redempti sunt a domino reuertentur: et venient in sion laudantes: et leticia sempiterna super capita eorum. Gaudium et leticia renebunt: fugiet dolor et gemitus. Ego ego ipse consolabor vos. Quis tu ut timas ab homine mortali: et a filio hominis: qui quasi fenum ita arefcet: et oblitus es domini factoris tui qui retendit celos: et fundauit terram: et formidasti iugiter tota die a facie furoris eius qui te tribulabat: et parauerat ad perdendum. Ubi nunc est furor tribulantis? Cito veniet gradus ad aperiendum: et non interficiet usque ad interitum: nec deficiet panis eius. Ego autem sum dominus deus tuus qui conturbo mare: et in

timefcant fluctus eius. Dominus exercituum nomen meum. Posui verba mea in ore tuo: et in umbra manus mee protexi te: ut plantes celos: et fundes terram: et dicas ad sion: populus meus es tu. Eleuare eleuare: confurge hierusalem: que bibisti de manu domini calicem ire eius. Usque ad fundum calicis saporis bibisti et potasti usque ad feces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filiis quos genuit: et non est qui apprehendat manus eius ex omnibus filiis quos enutrit. Duo sunt qui occurrerunt tibi. Quis contristabitur super te? Castitas et contritio et fames et gladius. Quis consolabitur te? Filij tui proiecti sunt: dormierunt in capite omnium viarum sicut ox: illaqueatus: pleni indignatione domini: inceperunt deum tuum. Idcirco audi hec pauperula: et ebria non a vino. Hec dicit dominator tuus dominus: et deus tuus qui pugnavit pro populo suo. Ecce tulus de manu tua calicem saporis: fundum calicis indignationis mee. Non adficiam ut bibas illum ultra. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt: et dixerunt anime tue: icuruate ut transeamus: et posuisti ut terram corporum tuum: et quasi viam transeuntibus.

III

Confurge confurge induere fortitudinem tua sion. Induere vestimentis glorie tue hierusalem: ciuitas sancti: quia non adficiet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excute de puluere: confurge: sepe de hierusalem. Solue vincula colli tui captiua filia sion: quia hec dicit dominus. Gratis venundati estis: et sine argento redimemini. Quia hec dicit dominus deus: In egyptum descendit populus meus in principio: ut colonus esset tibi: et assur absque vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est